

V O X
A B B R E V I A T A ,
S I V E

S. JOANNES BA-
P T I S T A

Jussu Herodis Regis
capite minutus.

^{AB}
Illustrissima, Spectabili, Magnifica, Præ-
nobili, Nobili, ac Ingenua Juventute Archi-
episcopalis Gymnasij Leutschoviensis
in Scenam datus.

D U M

*A' SPECTABILI, AC MAGNIFICO DOMINO,
Domino Libero Barone*

JOANNE HORVATH de MORANICZ,
Comitatus Zarandiensis Supremo Comite,
S. C. Rq; Majestatis Militiæ Colonello, & Confinio-
rum Lippensium Actuali Supremo
Capitano, &c.

Domino & Meccenate liberalissimo.

*Dereliterariabene merita Studiosæ Juventuti premia
distribuerentur. Anno M. DC. XCI. Mense Septembri.*

Leutschoviæ, Typis, Samuelis Brewer.



ARGUMENTUM.



Magna est Verbi cum Voce affinitas : major si utrumq; abbrevietur. Verbum abbreviatum est dum carnem assumplit; Vox autem capite imminuta abbreviatur, dum carnem deponit. Quippe D. Joannes Baptista, Vox clamantis in deserto, Anno Tiberij Imperatoris quinto decimo, incestum Herodis Galilææ Regis cum Herodiade fratris sui Philippi uxore conjugium imperterritè reprobans, in carcerem compingitur. Ipso deinde Herodis natali die, saltanti Herodiadis filiæ datur optio quidquid animo arrideret poscendi : quæ instinctu Matris, Joannis Baptistæ caput in disco sibi afferri petit. Postulato (invitus licèt) ne juramentum quo se obstrinxerat violâsse videatur, est assensus : Sacrum itaq; verticem in aurata allatum patera tradit puellæ, hæc verò gaudens matri præsentat. *Ex Hist: Evang: Matth: 14. Cap.*

Prologus.

Pars prior. Genius Meccenatis cornu copiae auro grave Palladi Leucoviensi munificentissimè tradit.

Pars altera. Furor Dracone per aëra vectus contra Innocentiam pugnans vincendo vincitur.

ACTUS PRIMUS.

Scena prima.

UMbra Isaiaë Prophetæ, vicini sceleris, quo Joannes interimetur atrocitatem prædicit & detestatur.

Scena II.

Divus Joannes Baptista causam exponit, cur relictâ eremo popularem accesserit frequentiam.

Scena III.

Scribæ & Sacerdotes Judæorum celebritate Joannis offensi consultant quo pacto ei officere possint.

Scena IV.

Rex Herodes proceres ac subditos propter suum diem natalem lætos esse jubet.

Scena V.

Scribæ & Sacerdotes simulatè expiscantur è D. Joanne quid de connubio Herodis cum Herodiade inito sentiat: quod cum liberè damnaret, nacti occasionem in Regia Joannem accusandi, læti discedunt.

Scena VI.

Achabus Regni Prorex Hierosolymitanis Civibus, militibus, & magis ludos imperat, quibus Regi in die natali applaudant.

Scena VII.

D. Joannes coram Herodiade accusatur ob connubij Regij reprehensionem.

Scena VIII.

Divinitus edocetur Baptista mortem sibi certam imminere, quod Virum minimè perturbat.

Chorus.

Quiescentem inter lilia Joannis Genium Constantia adversus livoris imperus defendit: dormientemq; Laureâ coronat.

ACTUS SECUNDUS.

Scena prima.

Herodias cum Achabo dolorem suum communicat : Joannemq; è medio tollendi modum inquit, verùm minùs sibi eum faventem experta, solitò magis furit.

Scena II.

Herodes audito Herodiadis mœrore cum ea per nuntium agit.

Scena III.

Herodias suorum svasu, doloris leniendi causâ, hortum suburbanum adire constituit.

Scena IV.

Chloris Hortum Regium adventui Herodiadis adornat.

Scena V.

Herodias in hortum venit, ubi leonum saltu recreatur : nunciis à Rege missis per Symbola respondet ; quin & Herodi mœroris sui causam Symbolicè denunciat.

Scena VI.

Divum Joannem Abner Reginae ephæbus periculi admonet, fugamq;e, sed frustra, svadet.

Scena VII.

Nunciij ab Herodiade revertuntur, symbola missa præsentant, quæ Herodes interpretari nequit.

Scena VIII.

Herodias supervenit, mœroris causam esse Joannem significat : id Herodes penitiùs intelligere cupiens Joannem acciri jubet.

Scena IX.

Cives Hierosolymitani colossum Herodi erigunt in applausum ; & de natali die gratulantur.

Scena X.

D. Joannes comparet, ad cujus præsentiam colossus à civibus erectus concidit : examinatus liberè Herodem & Herodiadem reprehendit : rogatu Reginae in carceres mittitur.

Scena XI.

Ordo militaris Regem Reginaq; choreis recreat.

Scena XII.

Magi in Regiam advocati mira exhibent, & prodigiosa spectacula.

Chorus.

Chorus.

Sirinx Vocem in sylvis lugens quærit : cui Echo respondet Vocem carceris esse conclusam.

ACTUS TERTIUS.

Scena prima.

Herodes sine arbitris deliberat quid de Joanne statuendum sit.

Scena II.

Herodias non contenta vinculis Joannis, necem ei inferre cupit, id ut efficiat filiam edocet, quibus blanditiis à Rege ebrio id extorqueat.

Scena III.

D. Joannes in carcere ab Herodianis tentatus, ad mortem, quam ad dicta contra Herodem revocanda, se promptiorem declarat.

Scena IV.

Filia Herodiadis ob elegantem Saltum, à Rege potestatem accipit, quid quid vellet poscendi.

Scena V.

Herodiadi Filia annunciat liberum sibi esse quidquid cuperet postulandi : jubetur petere caput Joannis Baptistæ.

Scena VI.

Caput D. Joannis à Rege petit puella, tandemq; (multùm licet reluctante Herode) impetrat.

Scena VII.

D. Joannes mortis Sententiam lætus excipit : dein occiditur in carcere,

Scena VIII.

Sacrum Joannis caput Filiæ Herodiadis præsentatur à qua Matri traditur : hæc acubus ejus compungens linguam, de victoria gloriatur.

Scena IX.

Viso D. Joannis truncato corpore Proceres Aulæ, virtutis viam, imitabili exemplo, asperam agnoscunt & arduam.

Epilogus.

Genio D. Joannis de cruenta victoria Fortitudo & constantia, erecto in applausum trophæo, gratulantur. In ejus tutelam se Pallas Leucsoviensis & Genius Meccenatis munificentissimi commendat. Demum ejusdem liberalitate Scholasticæ Juventuti præmia distribuuntur.



Nomina Actorum.

S. Joannes Baptista. Benedictus Tokaj. Nobilis Ungarus Rhetor.

Herodes. Matthias Clár. Nobilis, Germanus, Rhetor.

Herodias. Sigismundus Horváth. Nobilis, Ungarus, Rhetor.

Filia Herodiadis. Comes Georgius Csáki, Ungarus, Poëta.

Achabus Galilæa Prorex. Comes Thomas Csáki, Ungarus Rhetor.

<i>Aula proceres.</i>	}	Comes Michaël Csáky. Ungarus, Rhetor.
		Gabriel Berzeviczy. Nobilis, Ungarus, Poëta.
		Gabriel Kőröskényi. Nobilis, Ungarus, Rhetor.
		Sigismundus Buday. Nobilis, Ungarus, Poëta.
		Christianus Thul. Civis, Germanus, Rhetor.
		Andreas Balinth. Nobilis, Ungarus, Rhetor.
		Emericus Clesse. Nobilis, Ungarus, Poëta.
Sigismundus Kuhlman. Civis, Germanus, Gramm.		

Umbra Isaia Propheta. Bernardus Etheus. Nob. Bohem. Poëta.

<i>Pharisæi.</i>	}	Joannes Peklánszky. Nobilis, Ungarus, Rhetor.
		Joannes Bilszky. Pannon, Rhetor.
		Andreas Hankoczy. Ungarus, Poëta.

<i>Cives.</i>	}	Martinus Bencsik. Civis, Ungarus, Rhetor.
		Adalbertus Velcsek. Nobilis, Pannon, Poëta.
		Georgius Hunyaczky. Germanus, Rhetor.
		Matthias Archabus. Pannon, Poëta.

Aulici.

Aulici. { Andreas Ludmérſzky. Civis, Pannon, Syntaxiſta.
 Franciſcus Korponaj. Nobilis, Hungarus, Syntaxiſta.
 Franciſcus Etheſius. Nobilis, Bohemus, Syntaxiſta.
 Caſimirus Vitoſzlavsky. Pannon, Syntaxiſta.
 Valentinus Vitoſzlavsky. Pannon, Syntaxiſta.
 Martinus Relay. Pannon, Poëta.
 Colomannus Roſkoványi. Nobilis, Ung. Gramm.

Militres. { Ladislaus Paulikovics. Civis, Pannon, Syntaxiſta.
 Matthias Archabus. Pannon, Poëta.
 Adalbertus Velcsek. Nobilis, Pannon, Poëta.
 Michaël Németi. Pannon, Grammatiſta.
 Petrus Horánſzky. Nobilis, Ung. Grammat.
 Joannes Varsák. Pannon, Grammat.

Magus. Joannes Svedleri. Pannon, Poëta.

Ruſticus. Joannes Balczárovics. Pannon. Rhetor.

Hortulanus. D. Stanislaus Rogovsky. Muſicus.

Flora. Martinus Mirsgoczky. Muſicus.

Innocentia. Jacobus Galick. Muſicus.

Genius S. Joannis. Stephanus Kornis. L. B. Ung. Grammat.

Conſtantia. Sigifmundus Kornis. L. B. Ung. Syntaxiſta.

Genius Mecænatis. Adamus Horváth. L. B. de Moranicz, Ung. Grammat.

Pallas Leutſchoviensis. Nicolaus De Falajze. Prænob. Lotharing. Princ.

Fortitudo. Franciſcus De Falajze. Prænob. Lotharing. Parviſt.

Vindex innocentiæ. Joſephus De Falajze. Prænob. Lotharing. Minor p.

Umbræ

Umbra prima. Gabriel De Falejze. Prænob. Lotharing. Parvifla.

Umbra fecunda. Joannes De Falejze. Prænob. Lotharing. Declinifl.

Umbra tertia. Sigifmundus Molnar. Prænob. Ungarus, Min. parv.

Umbra quarta. Francifcus Gôrgej. Nobilis, Ungarus Parv.

Livor. Emericus Gôrgej. Nobilis, Hungarus, Principifl.

Genij { Michaël Kuhlman. Civ. Germ. Minor parv.
Classium. { Paulus Fischer. Civis. German. Minor parv.

Accedunt Saltatores, in intermediis agentes, &c.

O. A. M. D. G.

